nō tenuissent cum nō fuisset iudex iuxta no. in. c. pastoral'. de offi. ordi. ⁊ dic vt. s. dixi. ¶ Expedita nūc mā intrinseca. c. veniō ad materiā extrinsecā quā subtiliē h̄ tractat Jnn. in antiq̄. n. decre. dicebat' q̄ iste archiep̄s p̄cesserat ad sentētiā excōicatōnis tam aucte rescripti aplici q̄ ſm antiquā ꝓsuetudinē ꝛc̄. Ex hac. n. lra dicebat Jnno. notādū q̄ pōt ordinari⁹ hns delegatā p̄cedere vtraq; aucte sic. s. de cor. viti. significauit. ⁊. j. de p̄ben. nisi essent. ⁊ tūc q̄n sil' vtraq; aucte p̄cedit ad papam nō ad patriarchā appellandū est postq̄ aucti metropolitani admixta est auctoritas pape vt mains dignū minus dignū ad se trahat. sicut. j. de cōse. eccle. vel alta. q̄ in dubijs. ⁊ de offi. dele. si duo. li. vj. ⁊ ex h̄ no. etiā Jnno. q̄ q̄ duabus auctoritatib⁹ pōt p̄cedere nō cogitur alterā eligere sed si eligat valet electio ⁊ illa auctoritate vtetur. ar. s. de offi. dele. significantib⁹. Jtē ſm eū posset eligere q̄ in vna parte cause vteret' pt āte ordinaria in alia delegata. s. d' arbi. innotuit. melius facit ſm hosti. de p̄ben. nisi q̄ vbi dicit q̄ nō valet eo casu appell'o interposita ad ordinariū in eo q̄ p̄cedit ptāte delegata. valet aūt i eo q̄ p̄cedit ordinaria. et si ad papā vt primū ordinariū appellaret' remittit ad. c. si duob⁹. de appel. et h̄ quo ad primā q̄nem quā ponit hic Jnno. Do. an. vī ꝓfundere primū dictū. dicit. n. se nō putare q̄ sil' vtraq; ptāte possit p̄cedere q̄ ptās ordinaria in specie delegata est revocata ⁊ transfusa in delegatam. caret ergo ordinaria in illa quo ad principalē p̄cessum. ⁊ sic nō cōpatitur se p̄cessus ordinarij et p̄cessus delegati si p se p̄cederet. de appella. si duob⁹. et. c. vt nostrū. et no. de ꝓsti. cū. ¶. sic cōpatit' in eadē p̄sona q; illā p̄sonā facit iure diuīsor⁹ censeri. ar. cor⁹ q̄ no. in. c. cū olim. de re iudi. nec obstant ſm eū ꝓtraria iura quia loquūtur in arbitraria ptāte et iurisditionali q̄ nō sunt sic incōpatibiles cū in aliq̄b⁹ iudex p̄cedat vt arbiter. patat tn̄ q̄ in exequēdo posse. delegata iuuare ordinariā. ar. s. de rescrip. cū ꝓtingat. de of. dele. cū in iure. Et ex hoc dicto destrueret' aliud dictū Jnn. nā si p̄dicta ✠a sint nō posset eligere alterā ex ill' cū ordinaria esset revocata q̄ ad speciē delegatā. Sed certe his dictis do. an. nō acquiesco. et p̄mo non rn̄dit ad. c. significauit. de cor. viti. vbi q̄s p̄cedit auctoritate delegata et ordīaria. Ad idē induco nōbil'r c. p h̄. de here. li. vj. vbi inq̄sitor heretice p̄uitatis q̄ h̄z delegatā. vt ibi no. Jo. an. et p̄bat' i. c. ne aliq̄ eo. ti. li. vj. et vī dici q̄ fauore fidei nō expiret officiū illud per mortē cōmittētis. si. n. hēret ordinariā cessante omni fauore nō expiraret. vt in. c. ij. d' offi. dele. li. vj. p̄cedit. n. ep̄o hn̄te ordinariā. et sic nō est indistincte verū q̄ papa cōmittēdo negociū videat' ordinariā ptātem q̄ ad illud revocare. ¶ Nō obstāt iura allegata p̄ do. an. Illa enī notant' limitat Jnn. in. d. c. cū. ¶. in fi. in vltima sua opi. dicēs q̄ tūc vī iurisditionē inferiorē revocare q̄n aliq̄d negociū ex certa scia ad se revocat. sec⁹ autē q̄n ordine indiciario p̄cedit q̄d est notādū q̄si tūc cognoscat sicut q̄libet ordinari⁹. p h̄ ego notant' addu co. c. dilectus. ij. de. p̄ben. vbi d; q̄ h̄z papa mādat ep̄o vt p̄bendā ꝓferat alicui clerico tn̄ si ep̄s ipse aucte ordinaria ꝓferat alteri valet collatio h̄z veniat ep̄s puniendus q; eluſit mandatū aplicū. ⁊ tn̄ certū est q̄d mandādo sibi vt alicui ꝓferret faciebat eū delegatū. vt dic̄ glo. no. in. c. cū aliq̄b⁹. de rescrip. li. vj. ⁊ nihilomin⁹ remansit apud eū ptās ordinaria. nisi g̃ appareat q̄ papa voluit revocare ptātem ordinariā dādo delegatā remanet ordiaria maxime in eadē p̄sona. ¶ Preterea in inferioribus ordinarijs posset in dubio practicari opi. Jnno. q̄ p delegatiōez vni⁹ nō suspēdit' iurisditio alterius q; par imparē ꝛc̄. de elec. innotuit. ad h̄ q̄d no. Jnno. in. d. c. cū. ¶. vbi dicit q̄ si q̄s h̄z plēs ordinarios valet p̄cessus sup eadē re ab vtroq; diuisum agitatus si nō fuit cora secūdo exceptū de pendentia cause coram alio. si ergo vnus delegat alteri nō suspendit' p hoc ordinaria iurisditio. ad h̄. c. sup q̄num. §. si vero. de offi. dele. vbi p̄z q̄ in eadem p̄sona p̄nt ꝓcurrere due ptātes delegate q̄ sunt diuerse nature. ⁊ in p̄dictis oibus p̄nt practicari dicta Jnn. et q̄ten⁹ dicit q̄ data in eadē p̄sona ptāte ordinaria ⁊ delegata principis est ad papā appellādū. ego allego p hoc casu. d. c. p h̄ de here. li. vj. q̄d em̄ statuit' in duob⁹ h̄z locū in eadē p̄sona ꝓcurrētib⁹ in ea illor⁹ duor⁹ q̄litatibus. vt no. in. d. c. cū olim. ⁊ c. ex lr̄is de p̄ba. ¶ Quero p̄dicta p̄cedūt q̄n quis h̄z duas iurisditiōes. Sed pone q̄ nō habeat nisi vnā ⁊ credit hīe duas q̄d facile accidere pōt. nam sepe q̄s credit se hīe delegatā ⁊ ordinariā ⁊ nō h̄z nisi alterā. exēplū vt in. c. licet de of. or. ⁊ in cle. attēdentes. de sta. mo. et de reli. do. q; ꝓtingit. ⁊ de sup. ne. p̄la. cle. q; regulares. ⁊ in p̄cedēdo eligit illā quā non h̄z puta delegatā nunq̄d valeat p̄cessus rōne ordinarie ptātis quā h̄z. Do. dicūt quidā vt refert Jnno. q̄ h̄z eligat ⁊ p̄testet' q̄ tm̄ pape aucte vult p̄cedere tn̄ valet p̄cessus habit⁹ nō obstāte tali errore q; p̄cedere volebat h̄z nō aucte ordinaria. ⁊ ita q̄d principale est. s. p̄cessus h̄z. ar. op. ff. d' iniur. eū qui. §. si iniuria. ⁊. ff. ad. l. aq̄. sciam ff. fami. her. cū putarē. Cum. n. iste sit error iuris nō d̄z impedire verū p̄cessum. ar. viij. di. veritate. ff. de offi. p̄esi. l. illicitas. §. veritas. quinimo plus credunt isti q̄ si diceret nolo p̄cedere auctoritate ordinaria tn̄ valet processus auctoritate ordinaria predictis rationibus. et q; p̄testatio est ꝓtraria facto vn̄ factum prevalet. j. de appel. sollicitudinē in fi. Jtē q; nemo pōt a se abdicare imperiū. ff. de offi. pre. legatus. Alij vero vt ipse Jnno. refert. dicūt ꝓtrariū in duob⁹ casibus p̄rimis. et allegant p se q; q̄d potuit noluit ⁊ q̄d voluit ꝛc̄. de offi. dele. cū sup. ⁊ q; nil fit ꝓtrariū ꝓsensui sicut error. ff. de iurisd. om. iudi. si p errorē. et. ff. de arbi. l. fin si in seruū ⁊ duabus sequētib⁹. nec ob. d. l. cū qui de iniurijs. q; h̄ est ipsa auctas q̄ p̄cedit ordiaria vel delegata q̄d principale q̄ deficiēte deficit p̄cessus. nō aūt est principale si erraret in sensu legis seu indulgētie vel p̄uilegij vel hmōi. ff. de re iudi. cū platis. et no. j. de priui. ex pte abbatisse. hanc opi. tenere vī Jnno. ⁊ clari⁹ eligit hos. p. d. decre. cū sup. de of. dele. Jo. an. de mā remittit ad spe. de iurisd. om. iu. ✠. vlti. no. do. an. vī hanc vltimam opi. sequi nihil adducit de novo sed rn̄det ad. l. ij. ff. de iudi. vbi valuit p̄cessus errore iudicis nō obstāte. dic em̄ q̄ ibi error nō nocuit q; iurisditio illa quam iudex putabat se hīe nō erat differēs ab ea quā habebat sed eadem. Ignorabat enim suam iurisditōnem prorogatam credebant tamē iurisditionem hīe. ⁊ dic clarius. vt ibi no. bar. q̄ ibi habebat iurisditionem ⁊ sciebat se hīe sed ignorabat modum. secus aūt q̄n iudex errat in fundamēto iurisditionis q; ignorat ea q̄ sunt necessaria ad exercitiū iurisditionis. puta q; fert sententiā cōtra ꝓtumacē ⁊ non est certus an ille sit ꝓtumax vel an sit lis ꝓtestata tūc em̄ nō valet sn̄ia. vt no. bar. ī. l. multū. ff. de p̄di. ⁊ demon. ⁊. l. si finita. §. iulian⁹. ff. de dam. infec. ⁊. d. l. ij. facit optime. l. q̄ro. ff. de eo q̄ p̄cu. ne. ge. vbi nō valet gestū p tutorē si se ignorabat tutorē esse. ad idem. c. prudentiā. de offi. dele. ⁊ q̄d ibi no. doc. vbi p̄z q̄ si iudex ignorat suam iurisditōez purificatā propter impedimentū college ⁊ p̄cedit nō valet p̄cessus h̄z in veritate sit purificata. et tenebat bar. in. d. l. multum. Idem ⁊ fort⁹ dico in casu nostro q̄ cū iudex nō intēdat p̄cedere ptāte ordinaria quā h̄z sed aucte delegata quam nō h̄z nō valet p̄cessus q; errat in eo q̄d necessario requirit' ad exercitiū iurisditionis ⁊ validitas cuiusq; actus dependet a ptāte ⁊ voluntate ⁊ altero deficiēte ml solide explicari pōt. vt. d. c. cum super. et. l. multū interest. C. siqs sibi vel alij. ⁊. l. qui alienam. et. l. si is ad quem. ff. de acqui. bere. cum si. In casu ✠o nostro in delegata deficiebat ptās. in ordinaria defici-

ebat voluntas. Et puto q̄ de hac q̄one sit melior ter. qui possit allegari in.c.ex pte astensis.de p̄cess.p̄ben.cū ibi no.vbi p3 q̄ valens explicare actum vno modo si elegit alium modum incōpetentē corruit actus. ⁊ facit d.l.qui in aliena.⁊.l.si is ad quē. ⁊.l.is qui putabat.ff. de acqui.here. Nota tñ ⁊ pondera bñ dictum Inno. p̄eall'.in eo q̄ dicit q̄ si iudex errat in sensu legis vel indulgentie vel p̄uilegij vel hmōi tz actus. Ex quo infero q̄ si iudex ferat sententiā fundando se sup aliqua lege que nō facit q̄ sententia nō est nulla exquo aliter nō expressit errorē p̄tra ius nec etiā est irritāda si pōt alia lege sustineri lz hostiē.tenuerit p̄trariū in.d.c. ex parte astensis. Sed p̄o primo ego adduco bo.tex.in.c. p tuas.⁊ qđ ibi no. Jo.an.qui fi.sint.legi.⁊ in.l.cū p̄olatis. fm vnū intellectū.ff.de re iudi.⁊ dicit Inno.in.c.p tuas.ij.de homi.q̄ nō est peccatū mortale male intelligere canonē vel legem cū sint de iure positivo qđ no.vide ad p̄dictā p̄clusionē qđ no.spe.in ti. de sen. pla. §. qm̄ ℞.q̄d si dixerit.vbi dixit q̄ si q̄s dixit se delegatus vnī? cū esset delegat? alterius nō tz sententia sua seu p̄cessus.facit.l.antepenl'.ff.de eo q̄ p tu. Sed iuxta p̄dicta q̄ro pone q̄ hūs ptātem ordinariā ⁊ delegatā p̄cedit simplicit'. Do.anto.refert Fe. p̄si.cxxv.al's.xiiij. tenuisse q̄ non valet p̄cessus q̄ in dubio ex ordinaria ptāte p̄cedere vī q̄ exquo non exprimit delegatā nisi aliud appareat d̄ offi.dele.cū in iure.maxime si exprimit nomen ordinarij.allat de offi.ordi.lz in verbo faciēdū. ad hoc de p̄ben.nisi.⁊ qđ no.glo.in.l.j.ff. de iudi. Do. an.putat p̄trariū q̄ in dubio elegisse vī ptātem p quā actus valeat.allegat.l.neq̄.ff.de mili.testa.que iudicio meo parū facit sed longe melius facit.l.iij.ff.eo.ti. quā forte volunt allegare.ibi.n.dī q̄ in dubio nō videt miles in testando elegisse viam p quā possit vnū iudicū infringi. Item potius debem? interp̄tari rem vt valeat q̄ vt pereat.de ver.sig.abbate. Ego nō video qualiter posset saltē ita indistincte p̄cedere dictū Fe. Nam vt.s.dixi hūs vtranq̄ ptātem non compellit alteram eligere sed vtraq̄ pōt p̄cedere vt hic.et in.d.c.significauit.⁊ eo casu quo revocatur ordinaria p delegatam q̄ q̄n sit.s.dixi. Dico q̄ nisi exprimat in citatione potestatē quā hz nō tenet citat? cōparere. vt no. Inno. in.c.ij.de dila.ß si comparuit dico q̄ in dubio videtur eligere ptātem quā habz p.d.l.iij.de mi.test.nec ob. q̄ expressit dignitatē ordinariā q̄ sepe exprimit cā demōstrādi psonam.vt in sili dī in.l.iur gentiū.§.pactor.ff. de pac.vide in hoc qđ in sili dixi in.c.ceterum de iudi. Vel dic ⁊ melius q̄ inspicienda sunt hoc vltimo casu acta.⁊ si in eis apparet q̄ p̄cessit,vt ordinari? nō valet iudiciū.vt in sili no.bar.in.l.vna.C.qui p sua iurisditione.in dubio vero valebit.arg.in.l.quotiēs de verbo. ob.⁊.c.abbate.de verbo.sig. Vltimo scias q̄ io. an. hic format duas q̄ones q̄s ponit glo.in.l.vna.C.q̄ p̄o sua iurisditiōe.prima est.pone q̄ al's hūti iurisditionē fit delegatio inutiliter.partes ß scientes litigant coraz illo nunq̄d valebit p̄cessus:glo.p̄alle.tz q̄ sic.ar.l.j.C. de iurisd.om.iu. De.azo.⁊ bar.dicūt debere inspici acta si cū p̄cessit vt delegat? nō valet p̄cessus. secus vt ordinarius q̄ tunc censetur p̄rogata iurisditio.⁊ ß opi. plz ⁊ in dubio si nō apparet q̄liter p̄cessit.puto q̄ valeat p̄cessus q̄ litigando coram cōpetēti iudice videnť p̄rogasse iurisditionē que erat p̄rogabilis.s.ordinariā non aūt illa q̄ erat improrogabilis.s.delegatā. ar.in.d. l.iij.ff.de mili.testa.⁊ ß casu p̄cedit illa gl. vel q̄ exp̄sse p̄cessit index vt ordinari?. Secūda q̄ō est pone q̄ in p̄incipio delegationis delegās carebat iurisditione sed postea est eam adeptus nunq̄d teneat p̄cessus? Jo.dicit glo.in.d.l.vna.q̄ delegatio vī confirmari p supuenienti am ptātis.ar.in.l.lz.ff.de iudi.tñ a tpe supueniētis iurisditionis ⁊ nō p̄ius.ff.de offi.pcon.l.observare.§. vlti. Ja.de are.dic in.d.l.vna glo.,p̄cedere q̄n iurisditio delegantis iam erat radicata.puta q̄ lz exercitiū nō haberet iam tñ electus erat.vt in.d.l.observare.ad idem ff.de pigno.acti.si rem.§.fi.ff.ad trebel.l. sed si ante.si autem radicata nō erat tempore delegationis nō valet delegati p̄cessus cum delegatio nulla fuerat sine radice iudicis.qđ de dñio no.ff.de rei ven. si a titio. ⁊ cū hac opi.transit hic Jo.an. Aduerte q̄ hanc distinctionē adduco ad q̄onem notabilē ⁊ quotidianā. Epūs p̄tulit beneficiū añ lapsum mensis.de quo in cle.j. de cōcess.p̄ben.demū hūs gratiā iuxta illam cle.nō acceptauit beneficiū infra mensem nūmq̄d p̄ualescat dicta collatio cū infra mensem h̄et ordinari? collator manus ligatas:vī p istam distinctōez dicendū q̄ sic.secus vī si p̄tulit beneficiū cuius collatio vel institutio spectat ad inferiorē.lz.n.postmodū ad eū devoluat collatio nō tñ per hoc recōualescit collatio vel institutio ante devolutionē factā.q̄ p̄io casu epūs hz iurisditionē ⁊ ptātem in habitu lz exercitiū sit sibi interdictū infra mensem. ß in secdo casu nō spectabat ad eum ptās p̄ferendi nec in habitu nec in actu ante devolutionē factam.de quo tñ satis posset dubitari. Et in primo casu credo q̄ ipso facto recōualescat collatio q̄ nullū ius supuenit de p̄nti. sed solum fuit remotū obstaculū.ad hoc adduco notabile dictū bar.in.l.cū vir prediū.ff.de vsuca.vbi querit. cauetur statuto fauore creditor q̄ debitor exbannitus vel ꝺdemnatus p debito nullū p̄tractū possit facere do nec soluat.Contingit q̄ prius p̄traxit ⁊ postea solvit an p̄tractus p̄firmet'.⁊ tz q̄ sic siue sua interfit siue nō q̄ nō supuenit ius seu obstaculum remouet'. allegat.l. pignori.ff.qui ⁊ a qui.⁊. C.ne tu.vel cura.l. nec. puto etiam in alio casu q̄ teneat collatio vel p̄ualescat si epūs p̄tulit scienter beneficiū qđ p̄ferre non poterat q̄ obligatus est ad p̄ferendū aliud ne ille decipiat'. vt in.c.int' cetera.de p̄ben.ergo statim q̄ ad eum fuit devoluta ptās p̄ualidata fuit illa collatio siue institutio cum nō requirer' alia traditio.ad ß.l.si rem alienā in fi.d pig. acti.⁊ qđ no.in sili bar.in.d.l.cum vir prediū.exquo dicit ibi bar.q̄ si aliquis vendidit eccl'e rem alienam ⁊ vēditor succedit dño q̄ statim transit vtile dñium in ecclesiam.ratio q̄ non requirit' ibi traditio.l.fi.C. de sacrosan.eccle.⁊ intererat vēditoris p̄tractū p̄firmari cū ipse esset obligatus ex p̄tractu suo ß si p̄esupponim? q̄ collator nō erat obligat? ad aliud beneficiū p̄ferendū. vtputa q̄ p̄tulit ignorāter vel scienti illud p̄ferri non posse p cū ⁊ tūc credo q̄ nō p̄ualescit collatio ex supuenientia ptātis q̄ sua nō intererat vt valeat.vnde oz q̄ interveniat nova collatio.ar.in.d.l.cum vir prediū. et qđ ibi no.bar.⁊ in regula nō firmat'.de reg.iur.li.vj.et et qđ ibi no. Di.⁊ in.l.si servo q̄ ⁊ a qui.⁊.l.j.ff.de pig. acti.qđ puto verū nisi postea fecerit aliquē actū p quē tacite videat' approbasse illam collationē cum hic non requirat' alia solennitas vel traductio ß sufficit nudus p̄sensus.ar.bo.in.c.dilecto.de p̄ben.⁊ in.c.si tibi absenti.e.ti.li.vj.qđ no.bar.in.l.quo.n.ff.rem ra.ha.⁊ qđ legi.⁊ no.in.c.ex ore.de p̄uil'.et nota ß singulariť q̄ nemo discutit nec vnq̄ ita illate examinani sicut nunc et fm hoc puto limitāda ea q̄ no.dō.de rota. dec. cccvij. in antiquis.⁊ p̄o hoc vltimo mēbro facit qđ no. Bal. in.d.l.vna.C.qui p̄o sua iurisditione. Et quo ad p̄incipale quesitū de quo.s.vide p bal.ī.d.l.j.C.vbi de criagi oportet.vbi etiā de mā habeť bona glo.⁊ p bal.in d.l.vna.⁊ spe.in ti.de dele.§.excipi pōt.℞.q̄d si cōmittens. Sed breviter ꝯcludēdo dico sic q̄ aut añ supuenientiā iurisditionis in delegāte delegatus exercuit aliquē actum de substantialiby iudicij.⁊ tunc dico q̄ q̄ntuncūq̄ supueniat iurisditio nō pōt ꝯualidari p̄cessus q̄ cum fuerit p̄orsus nullus ex defectu substantialiuz non pōt postmodū ꝯualidari. ad ß.c.dudum. de elec. et.c.j.de lit.p̄tes.li.vj.et.l.momētanee.C. qui legi. perso.voluit in simili Inno.in.c.p̄udentiā.de offi. dele.et

ibi aliqua tetigi. firmat hoc bal. in. d. l. vnica. ⁊ spe. in loco pal. nec valebit reliqꝰ ꝓcessus cū deficiat i fundamēto. d. l. momētanee. ⁊. d. c. dudū. aut nil de substātialib⁹ fuit actū tpe supueniētie iurisditionis. ⁊ sic solum querit an firmet delegatio. ⁊ coīter tenet illa opi. Ja. de are. supscripta. vt habet ꝑ bal. in. d. l. j. C. vbi d̄ cri. agi oz. vbi ꝑ alia ꝛba dic̄ ꝙ aut supuenit iurisditio ex cā de ꝑterito. ⁊ ꝙfirmat. d. l. obseruare in fi. Aut ex cā de pnti pꝰ delegatōez oꝛta ⁊ secꝰ. vt in. d. l. si a titio vbi dī ꝙ si emi fundū ab eo qui nō erat dñs ⁊ postea efficiatur dñs nō ꝑ hoc ipso facto in me transit dñium. de ℔ hoc tñ an ⁊ qñ ꝓtractus a principio nullus qualitet iure supueniēte. dic vt plenꝰ no. bar. in. d. l. cum vir predium hoc tñ vltimū mēbꝛ limito nisi post iurisditionē de nouo supuenientē delegans fecerit aliquē actum ꝑ quē videat approbare primā delegatōez cū sufficiat solus ꝙsensus. ad ℔. l. si filiusfamilias. ff. ad mace. ⁊ cle. j. d̄ ꝑcur. Nd̄ tñ supra dictum est de electo delegante añ ꝙfirmationē nō bene ꝓcedit de iure canonico in dignitatib⁹ ecclīasticis ꝑ. c. auaricie. de elec. li. vj. qꝛ qualitercunqꝫ se ingerit ante ꝙfirmatōem priuat ipso facto iure qd̄ prius habebat. vt ibi. ⁊ hoc idem sentit. Jo. an. in addi. spe. loco prealł.

¶ Diligenti. Casus. Qui alio nōie possidet nō prescribit. nec etiā is qui ꝓprio nisi habeat bonā fidem et iustum titulū ita summat. Jo. an. ⁊ satis ꝙuenit lr̄e quo ad coꝛticē. Sed ad intellectū adde si presumptio est ꝫ eum ℔ dico qꝛ titulus nō requirit in ꝓscriptōe quadragenaria ꝓtra eccl̄iam nisi cū ius cōe vel ꝓsumptio est ꝓtra ꝓscribentē. vt in. c. j. j. ē. ti. li. vj. diuidit. nam primo inducit vnā rationē ꝓtra archiepum. et scd̄o repꝛobat excusationē ipsius per locū a diuisiōe. scd̄a ibi nos igitur. ¶ Nota primo ꝙ tota sardinia ꝑtinet ad ecclesiaz romanā nullo mediāte. ⁊ sic hz ecclia romana iura imperij ibidē sicut hz in toto patrimonio eccl̄ie. vt in c. ꝑ venerabilē qui. fi. sint le. ⁊ habuit papa illam insulā sardinie ex donatōe Constantini ⁊ alioꝝ impatoꝝ vna cum alijs ꝓuintijs. vt in. c. tibi dño. ⁊ in. c. ego ludouicus. li. ij. di. xcvj. Constantinꝰ. et de sicilia q̄liter ꝑtinet ad eccl̄iam romanā. vide in. c. mādata de ꝓsum. ⁊ melꝰ in cle. pastoral̄. de re iudi. ⁊. c. ad aplice. eo. ti. li. vj. de roma vide in. c. fundamēta. de elec. li. vj. ¶ Nota scd̄o ꝙ valet ar. de toto ad partē. hñs. n. ius in toto fundat intentionē in q̄libet eius parte. ⁊ est ar. ſm bof. ꝙ comites ⁊ dñi tpales fundant intentionē suam de iure cōi q̄ ad res sitas infra limites sue terre. de quo vide qd̄ no. Jo. an. in. c. fi. de offi. archi. qd̄ intelligo respectu iurisditionis nō aūt respectu ꝓprietatis rerum ⁊ bonoꝝ infra limites existentiū sicut de imperatoꝛe respectu totiꝰ oꝛbis. no. in. l. bene a zenone. C. de q̄d. prescrip. Et ideꝫ dico in papa quo ad patrimoniū ecclesie. fundat enim intentū suum quo ad iura imperialia. nō aūt in ꝓprietate bonoꝝ. ar. in. d. c. per venerabilē. ⁊ in. l. traditio. ff. de acqui. re. do. ⁊. c. nup de dote post diuoꝛ. resti. Et arguit hic papa de toto ad partē ℔ modo. ducatꝰ calaritanus est in sardinia sed tota sardinia ꝑtinet ad ecclīaz romanā immediate ergo et ducatus calaritanꝰ. sile de relig. do. cum venerabilis. ¶ Nota tercio ibi ad ius et ꝓprietatē. ꝙ dominū rei feudalis est penes dñm feudi. et intelligit Jnno. in dominio directo. vtile enim est penes vasallum ſm eum. ad quod allegat hosti. d. c. nup. illud. c. solum ꝓbat ꝙ concedens feudum dī dominus et hoc clarissimū sed difficultas stat in videndo quale ius habeat vasallus. Jnno. n. vt hic vides dicit ꝙ vtile dominiū. qd̄ no. sed nihil allegat. ego allego tibi tex. in. c. j. in qui. cau. feu. amit. col. x. vbi dī ꝙ ꝓprietas remanet apud dñm vsufructꝰ vero transit in vasallum. ℔ bal. ibi dicit ꝙ vsufructus ponitur ibi pro vtili dñio. qd̄ dicit ibi notandū. ⁊ alibi post glo. assumit disputationem super hoc. s. in. c. j. de capi. coꝛ. col. x. ⁊ tādem dicit pro firma ꝙclusione tenendū ꝙ vtile dñium competit vasallo. qd̄ ꝓbatur ex eo. qꝛ sibi datur vendicatio. facit qd̄ le. ⁊ no. in. l. j. ff. si ager vecti. et ꝑ Jnno. in. c. cetertū. de iudi. ¶ Nota ibi ſm ꝓfessionē tuam ꝛc. ꝙ ꝓfessio soliꝰ ꝑlati nocet eccl̄ie. ꝓcoꝛ. c. ij. de capel. mo. sed in ꝓtrariū facit qd̄ le. ⁊ no. in. c. ij. de testi. li. vj. ⁊ ī. c. de cōstantinopolitana. xxij. di. vbi pz ꝙ in eccl̄ia collegiata ꝓfessio soliꝰ ꝑlati nō obest. credo hūc tex. ꝓcedere cum ꝑsumptio seu ius cōe est ꝓtra eccl̄az vt ℔ erat. nā tota sardinia ptinebat ad papā vt in tex. al̄s secꝰ vt in ꝓtrarijs. ⁊ no. hanc limitationē ad illa iura. ¶ No. ibi in q̄si possessione. qd̄ est dare q̄si possessionē iuris exigēdi iuramēta fidelitatis. ⁊ sic posset q̄s petere restitutionē si vasallus denegaret tale iuramētū fidelitatis exhibere. Et no. ꝙ iura incoꝛporalia q̄si possident. ⁊ ideo dicit quasi qꝛ vere nō possident cum tangi nō pñt. insti. de reb⁹ coꝛporalib⁹ ⁊ incoꝛporalib⁹. ⁊. l. j. in prin. ff. de acq̄. pos. ¶ No. ꝙ detinēs noīe alieno nō dī possidere sed nudū ꝓtinere ministeriū. is aūt possidet ⁊ ꝑ ꝙñs ꝑscribit cuius noīe possidet. vt ℔ ⁊ in. c. cū venissent. de resti. spo. ⁊ no. ꝙ etiā incoꝛporalia pōt q̄s ꝑ alium possidere. ¶ No. ibi ꝙ ꝓtra iuramentū ꝛc. ⁊ tene menti ꝙ tenet q̄s restituere qd̄ ꝓtra iuramentū ꝓpriū acq̄siuit qd̄ no. hic hosti. allegās. c. ad audientiā. qd̄ me. cau. idē dicit de alijs cum peccato acq̄sitis. j. de iude. cū sit. Ego pro ℔ vltimo allego ⁊ remitto ad melꝰ et plenius no. in. c. ex transmissa. de decī. ⁊. xiij. q. v. in summa. ⁊. j. q. j. cito turpē. ⁊. c. nō est putāda. ⁊ ꝑ Jo. an. in regula qd̄ sel̄. li. vj. in mercuria. Sed ex primo dicto nota ꝙ iuramētū nō impedit viliditatē actus ⁊ attentās sit ꝑiurus. de q̄ ꝑ Jnn. ⁊ alios in. c. dilecto de preben. ⁊ ꝑ Jo. an. in. d. regula qui semel. ¶ No. vltimo q̄in reb⁹ feudalibus currit ꝓscriptio ēt ꝫ dñm. vñ pōt etiā tercꝰ ꝑscribere directū dñium qd̄ erat penes dñm vtili remanente penes vasallū. vide qd̄ dixi. s̄. c. ad audiētiā. ¶ Itē no. ꝙ ꝓtra eccl̄iaz romanā pōt ꝑscribi in reb⁹ ciuitatib⁹ et regnis ad eam ptinētib⁹ pleno iure ℔ reg̃itur ꝓscriptio nō minoꝛ centenaria. vide qd̄ dixi. s̄. cū nobis. ¶ Op. ꝓtra fi. tex. in eo ꝙ dicit ꝙ posito ꝙ ℔ casu locū habuisset ꝓscriptio tñ centenaria ꝑscriptio q̄ sola currit ꝓtra eccl̄esiā romanā ꝓbari non poterit. Et sic videt ꝙ lex seu canon req̄rens hāc ꝓscriptionē sit imposita verbis ⁊ nō reb⁹ ꝓtra. c. cōmissa de elec. li. vj. Itē tex. in. c. cum dilecta de ꝓfir. vti. innuit eam posse ꝓbari. ad idem qd̄ plene dixi. s̄. c. cū nobis. Do. dicit Jo. an. ꝙ papa ℔ pōderat factū spāle quo ad hūc casum ⁊ nō ius. q̄si dicat ꝙ de iure bñ possibilis est ꝓbatio. ℔ papa ꝛredebat ℔ ꝙ nō possedisset archiepus pisanus tanto tpe vt possz ꝓbari ꝓscriptio centenaria. vel ſm hosti. papa. no. hic probationē testium per quos nō credit hoc posse probari al̄s tñ ꝓbari posset per instrā de fidelitatib⁹ facta per ducentos annos ⁊ plus. prima solutio mihi plꝰ plz cum archiepus nō allegasset hic ꝓbationē testium. ⁊ vide qd̄ dixi in. d. c. cum nobis. ¶ Ex predictis ⁊ ex tex. nota ꝙ ecclesia inferioꝛ pōt ꝓscribere iura ⁊ bona ad papam spectantia suprema tñ ptās prescribi non pōt. vt dixi in. d. c. cum nobis. ¶ Uenio ad glo. in verbo bona fide. qꝛ alie sunt facules que multa facit. primo enim formaꝛ duas q̄ones ⁊ soluit. scd̄o vnam oppositionē et non respondet. tercio iterū formaꝛ duas q̄ones ⁊ non soluit. q̄rto opponit ⁊ soluit. quinto ponit duas q̄ones ⁊ soluit. ¶ Primo igitur q̄rit an semꝑ sit ſm canones necessaria bona fides. ⁊ rn̄det ꝙ sic siue agatur de iure spūali siue ciuili. j. c. fi. Adūte tñ ꝙ vbicunqꝫ ꝓscriptio causat̄ ex possessione ꝑscribētis coīter tenet̄ vt necessario requirat̄ bona fides. vt. s̄. c. vigilanti. et. c. fi. j. eo. et huic iuri canonico standū est hodie etiam in foꝛo ciuili ratione peccati. vt no. bar. in. l. priuilegia. C. de sacrosan. eccle. et glo. in lr̄a possessoꝛ. li. vj. Qñqꝫ procedit

De prescriptionibus.

prescriptio sine possessione prescribētis vt actionib⁹ et silibus ⁊ tūc bar. in l. sequit. §. si viā. ff. de vsuca. dixit q̄ nō requirit ibi bona fides q: pscriptio causat ex negligētia nō petētis. Ego būc articulū plene examinabo. j. c. fi. ¶ Scdo glo. q̄rit q̄n pscribēs dr esse in bona fide. rñdet q̄ cum credit tradentē esse dñm vel hāe ius distrahēdi lz erret in facto. ego generalr dico q̄ bone fidei est cū nō bz noticiā rei aliene sicut ille dr malefidei qui bz noticiā rei aliene. vt in. c. si ẏgo. xxxiij. q. ij. ita p ꝓtrariū dr bonefidei qui possidet cogitatōe dñi. ita vt non erret in iure q: error iuris nō excusat in prescriptione. vt. l. nunq̄. ff. de vsuca. ⁊ c. dudum. de decī. no. glo. in c. aplice. de dona. ¶ Tercio q̄rit an bonafides pſumat: Glo. rñdet q̄ sic q: presumit ignorantiā nisi pbet scia. Idē no. in. c. sctō. x. s. eo. Excipit glo. q̄ tuor casus. prim⁹ si facta fuit denūciatio acq̄rēti q̄ res esset alteri⁹. C. de rei ven. si fundū. scdo si rem acq̄siuit ꝓtra ius. l. quēadmodū. C. de agri. ⁊ censi. li. xj. terci⁹ si emit a ꝑcuratore meo p collusionē. q̄rt⁹ si emit a ꝑdigo vel luxurioso cui bonis interdictū est cū sciret illū ꝑtin⁹ ꝓsumpturū pecuniā iura allegant in glo. Examinem⁹ nūc regulā ⁊ casus exceptos. dic. n. primo glo. q̄ regularit bona fides presumit glo. in c. dilectio. xvj q. iij. dic q̄ ꝑti q̄ allegat titulū ⁊ bonā fidē si nō pōt ꝑbare ꝑmittendū est iurare q̄ bona fide possederit rē illā et iusto titulo eā acquisierit. glo. in. §. alie. insti. de actio. ⁊ in. l. pe. C. de euic. simplr dicunt q: bona fides presumit. Aduerte aut querit in reb⁹ corporalib⁹ aut incorporalib⁹. ꝑmo casu dicit bar. in. l. celsus. ff. de vsuca. q̄ aut p̄cessit titulus etiā errore iniusto ⁊ pſumitur bona fides. vt in. d. l. pe. C. de euic. facit. l. igit §. pōt. ff de libe. cā. Idē dicit de q̄libet possidēte nisi alius possessor antiquior appareat. ille. n. pōt bñ facere illā allegationē qđ tuū nō erat debebas scire ad alū ꝑtiere. l. fi. C. vñ vi. q̄ ad aliū licite ⁊ bona fide pſumit tenere nisi ius cōe sibi ꝑdicat. facit eo. ti. c. j. li. vj. ꝑm eū ⁊ cum eo. trāsit dd. an. hic. Sed ego allego in mā duo dicta multū notabilia quor⁹ vnū ē bar. ⁊ aliud Inno. Bar. em in. l. fi. in fi. C. vñ. vi. vī dictū suū p̄cedens limitare vt mala fides posset allegari p antiquiorē possessorē. s. infra. xxx. annos sed postea nō p tex. illi⁹. l. fi. Nam presumptio malefidei ꝓtra ingrediētē possessionē sine titulo tollit p cursum. xxx. annor⁹ ⁊ extūc pſumit illū restituisse bonefidei qđ est singulare dictū ⁊ semp mentī tenendū ad cui⁹ ꝓfirmationē ⁊ ampliationē allego singulare dictū Inno. in. c. ij. de in inte. resti. vbi dicit esse notandū q̄ lz quilibet pſumat esse bon⁹ nisi ꝑbet malus. de pſum. c. fi. s. de scru. in or. faci. c. vno. non tñ sic est in bona fide q: oz ad ꝑ vt pſumat bona fides q̄ habeat iustū titulū vel q̄ ꝑbabilib⁹ rōnib⁹ q̄siuit possessionē. ff. de li. cau. l. igit. §. ij. ⁊. l. liberis. §. fi. ⁊ q̄ lōgo tpe fuerit in possessiōe. l. possideri. §. si seruus. ff. de acqui. pos. ⁊ qđ dicat longū tp̄s arbitrio boni iudicis relinquat. ff. de iure delī. l. j. Hinc dicit q̄ si alius q̄z capitulū maioris eccle sit in possessiōe eligēdi ⁊ petit cō firmari suā electionē succūbit in petitōe sua q: nō presumit bona fide esse in hac possessiōe q: ꝓtra ius. ⁊ est idem in ꝓsilib⁹. Aduertendū tñ q̄ Inn. vī se restringere ad casum cum possessio est ꝓtra ius. lz. n. bar. simplr dixit q̄ possidēs ꝓtra ius nō pſumit bonefidei. Inno. limitat nisi sit possessio longi tp̄is vel pluribus rōnib⁹ fuerit acquisita. ꝑ ꝑ adduco tex. c. cū ecclia sutrina de cā pos. ⁊ ꝑpie. ⁊ c. ad decimas. de resti. spo. li. vj. in verbo aliq̄diu. Ex quo infero ad dictū bar. nam si possidēs longo tpe iure resistente pſumit bonefidei fortius dr pſumi bona fides ex diuturnitate tp̄is ꝓtra antiquiorem possessorē cum hoc vltimō ꝓsistat in facto ⁊ ꝑbabilr ignorari pōt. p̄cedēs vero ꝓsistit in iure cui⁹ ignorantia de facili nō pſumit. ꝑ ꝑ regula ignorātia ⁊ regula presumit. de re. iur. li. vj. Nunq̄d aūt antiquiori possessori sit ꝑditū aliq̄d remediū ꝓtra scdm possessorem: dic q̄ sic etiā si pſumat bona fide possidere. pōt em implorare indicis officiū vel intētare ꝓditionē. l. si coloni. C. de agri. et censi. li. xj. et notant volunt Inn. in. c. sepe. x̄pe finē. de resti. spo. qđ dic notādū ꝑ possessoribus priorib⁹ eccliax q̄ amittunt eax possessionē nec pñt ꝑbare suā canonicā institutionē. fiet. n. eis restitutio ꝑbata antiquiori possessione lz nō ꝑbent spoliationē. d. l. si coloni. ⁊. iij. q. j. reintegranda. ⁊ idē voluit bar. in. d. l. si coloni. restringit tñ ꝑ ꝓtra malefidei possessorē. sed in. l. in ciuile. C. de fur. vī sentire simplr cuz Inno. ꝑ glo. bar. remittit ad no. ibi p eū in. l. fi. eo. ti. ibi em ⁊ in. l. rēq̄. ff. de acq̄. pos. distinguit q̄ aut scōs habuit ab auctore vitioso ⁊ pōt agi ꝓtra eū vt sic mala fides auctoris istū aliq̄liter afficiat. ar. in auē. malefidei. C. de pscrip. lon. tēp. Idē ⁊ fortⁱ⁹ q̄n iste scōs est in mala fide ⁊ sic intelligit. d. l. si coloni. sec⁹ dic vbi scōs est in bona fide ⁊ habuit ab auctore nō vitioso tūc. n. lz q̄ prim⁹ nō agit cōtra scōz p. l. siue aūt. §. si duob⁹. ff. de publi. vbi dr q̄ si duo emerūt rem a diuersis q̄s putabant dños ⁊ cuiq̄ tradita fuit suo tpe possessio potior nūc est possessor ⁊ nō ille q̄ prīo possessionē habuerit. Sz mihi plus placet dictū Inno. ⁊ glo. in. d. l. in ciuile. p. l. si coloni. que loquit indistincte. ⁊ ar. eor p no. in. d. c. reintegrāda. ⁊ p Inno. in. c. post electionē. de ꝓcess. pbē. in fi. ⁊ ad. l. si duob⁹ rñdeo q̄ loquit cū liquet de defectu ꝑpetuitatis vtriusq̄z ideo in pari cā potior est ꝓditio possidētis. vt in regla in pari cā. li. vj. ẞ nos loquimur q̄n simplr q̄s fundat se sup possessione quā dicit se habuisse ⁊ sine iusta cā ꝑdidisse ⁊ añ oīa petit illam sibi restitui p officiū iudicis vel p ꝓditionē. l. si coloni. vel. c. reintegrāda. ꝑm vnā opi. ⁊ vide q̄ dixi in. d. c. sepe. ⁊. c. cū ad sedem. eo. ti. et ꝑ notabis. ¶ Venio ad secundū mēbr⁹ principale an. s. in reb⁹ incorporalib⁹ pſumat q̄s bonefidei. de ꝑ p glo. ⁊ bar. in. l. j. §. ij. ff. de iti. actuq̄ priua. p Li. ⁊ alios in. l. j. C. de seru. cōis opi. ē q̄ aut agit de p̄scribēda seruitute aut libertate. ꝑmo casu nō pſumit bona fides q: quelibet res pſumit libera ⁊ sic est pſumptio cōtra possidentē. ar. in. l. fi. C. vñ vi. dicūt tñ Li. ⁊ bar. q̄ ad pſumēdā bonā fidē nō exigitur vt ꝑbetur titulus q: i istis incorporalib⁹ nō est necesse vt ꝑbet titulus. vt in. l. siq̄s diuturno. ff. si seruus. ven. sed satis est aliquid ꝑbare ꝑpter qđ ipse motus. sit ad cedēdū seruitutē sibi cōpetere. allegat. l. j. §. ẞ et sic. ff. de aq̄ q̄ti. ⁊ esti. ⁊ sufficit ꝑm bar. ꝑbare q̄ de hoc erat fama i vicinia. facit qđ no. in. c. inq̄sitioni. de sen. excō. ⁊. l. ij. C. si ser. vel li. ad decu. aspi. li. xj. Idē si erāt ibi signa vie vel alia verisilia q̄ pōt animū adducere ad credulitatē istam. Ego dico hāc opi. limitandā vt p̄cedentē. s. cū possessio ē recēs sed si p longa tpa posse derit pſumit bona fides. ar. c. j. eo. ti. li. vj. nam si possessio habita iuſ resistēte pſumit iusta ex diuturnitate tp̄is. vt. s. dixi ꝑm Inno. fortⁱ⁹ pſumēda est iusta in casu nr̄o. hoc ꝑbo p. c. cū ecclia sutrina de cā pos. ⁊ ꝑpri. nam ibi loq̄tur de possessiōe incorporalū ⁊ de acq̄rēda q̄ dam seruitute in iure eligēdi ꝓ canonicos ecclie cathedral iure etiā resistēte ⁊ tñ fuit opus ꝑbare bonā fidē. hoc etiā sentit hic Inn. dicēs q̄ ꝑpter pſumptionē q̄ est ꝓtra prescribentē seruitutē sufficit allegare titulū. sed nō est necesse ꝑbare ẞ sufficit q̄ p longū tp̄s. s. p. x annos inter pñtes ⁊. xx. inter absentes ⁊ ꝓtra ecclesiā p. xl annos fuit vsus seruitute illa dño sciente ⁊ nō ꝓtradicente. pſumit. n. debitū ẞ ius seu seruit⁹ ex ea cā q̄ pretendit p̄cessisse. ff. de vsu. cū de in rem verso. ⁊. ff. de aq̄ plu. arcē. l. j. §. vlti. Aduerte tñ q: iure nr̄o nō sufficit bona fides ẞ req̄rit titulus cū ius cōe vel pſumptio ē ꝓtra p̄scribentē. vt in. c. j. eo. ti. li. vj. ẞ intelligo ẞ ꝑcedere in pſumptiōe vigēti nō aūt in qualibet presumptione. vtputa q: eps exigit grauamina seruilia a subditis. pſumitur. n. q̄ timore subditi pstiterint. vt no. ẞ

Inno.7 Jo.an.in.d.c.j.7 ꝓbat.r.q.iij. q: cognouim⁹. 7.j.q.j.nullus. vel si charitatiue q̄s fuit receptus longo tꝑe ad domū amici.iuxta no.in.c.cum eccl̄ia sutrina.de cā pos.7 ꝓpie. Secus aūt q̄n ꝓcurrit modica p̄sūptio vtputa q: res p̄sumit libera ꝫ em̄ faciliter tollit ex alijs ꝓiecturis vel ex cursu longi tꝑis.ar.in.d.l. cū de in rem verso.7 in.d.l.siq̄s diuturno.7 ꝫ bñ nobis.p intellectu illius.c.j. Secdo casu principali cū agit de p̄scribenda libertate coīter tenet q̄ p̄sumat bona fides q: habz fundamentū p̄sumptionis iur̄ ꝑ se. debuit em̄ credere rem talem ee q̄lis nāliter ee dz. vt no.Li.i.d.l.j. pōt tamen ex adūso ꝓbari mala fides vel ex fama vel q: dixit ex iudicio vel q̄d sit. vt no.bart.in.l.celsus.ff.de vsuca. nam bona fides 7 mala cū ꝓsistant in aīo nō p̄nt ꝓbari nisi ꝑ ꝓiecturas. vt in.c.q.de renū.li.vj.7.l. dolum.C. de dolo. Expedita regula venio ad casus exceptos 7 p̄ glo.excipit casum cum interuenit denūciatio.l. si fundum.C.de rei ven.dic q̄ aut interuenit denunciatō ab initio ꝯctus. vt q: dū q̄s vellet rē emere fuit sibi denunciatū q̄ nō erat vendent̄ ꝫ alterius.7 ex hac denūciatione ꝓstituit in mala fide sic loquit̄.d.l.si fundū.aut denunciatio fuit facta ex postfacto 7 tūc secus nisi fiat in defectū ꝓut habet̄ in.l.vt pfectius.C.de anna. exce.et xvj.q.iij.§.pōt. vide in ꝫ qđ dixi in.c.nihil.7.c.sanctorū.s.e.7 in.c.grauis.de resti.spol̄. Secds casus si res fuit acq̄sita ꝯ ius.p ꝫ regula q̄ ꝓtra iura mercat̄.de re. iur.li.vj.ꝫ verum nisi longo tꝑe possedisset. vt.s.dixi. Ex q̄ infert̄ q̄ emens rez eccl̄ie nō seruata iuris solēnitate p̄sumit̄ in mala fide.ad hoc qđ le.7 no.in.c.ij.d re. ec.nō alie.li.vj.7 vide quod dixi.s.eo.de quarta. Jtez scias q̄ in vsucapione seu in p̄scriptōe iur̄ error nocet.vt.l.nunq̄.ff.de vsuca.ꝫ in acquisitōe fructuū non nocet.vt in.l.ꝫ 7 si.§.scire.ff.de peti.here.no. Dy.in regula possessor.de re.iur.li.vj.7 glo.in.l.si fur.ff.de vsucapi.dicit tñ bar.in.d.§.scire.q̄ iste q̄ allegat iuris errorez dz ꝫ ꝓbare q: scia regulariter p̄sumit̄.vt in.l.leges.C.de legi.qđ est notandū.facit qđ le.7 no.in.l.late culpe.ff.de ꝟb.sig.7 bar.in.l.quod nerua.ff.depos. hoc tñ subtiliter limitat ibi bar.q̄n q̄s possidet iure resistēte vt q: aliquid ꝓhibet vel ꝓcipit fieri. tūc em̄ p̄sumit̄ q̄s in mala fide.7 sic intelligit.d.l.quēadmodū.de agri. 7 censi.7 regulā ꝯ iura.ꝫ q̄n possidet q̄s iure nō assistēte. vtputa vt testamentū fiat coram septē testib⁹ al's nō valeat.7 tūc nō p̄sumitur bonafidei.in.d.§.scire. Ego dubito an hec restrictio sit vera si em̄ ex eo solo q̄ possidet seruitutem p̄sumit̄ malefidei q: res p̄sumit̄ libera vt voluit ipsemet bar.in.d.l.j.fortius dz p̄sumi malefidei si possidet iure sibi ñ assistēte. Preterea q̄s p̄sumit̄ scire iura.vt in turibꝫ palle.ergo p̄sumit̄ scire quia sibi ius nō assistit.nec ob.tex.in.§.scire. q: nō dicit q̄ talis non p̄sumat̄ malefidei ꝫ solū dicit q̄ ille q̄ errat in iur̄ nō est p̄do q: dolo caret 7 sic p̄supponit errorē qui non est p̄sumend⁹ nisi ꝓbet̄ ex ꝓiecturis q: ignorantia iuris nō p̄sumit̄.vt in regula ignorātia.de re.iur̄.li.vj.et.l. regula.ff.de iur.7 fac.igno.vī aūt ꝓiectura ꝓbabilis si erat possessor simplex ꝑsona vel mlier.ar.ī.l.cū indebito.ff.de ꝓba.vel error iur̄ erat ꝓbabilis.vt in.l.regla allegata.7.c.cū dilectus.de ꝓsue.no. Jo.an.in.c.j.d p̄uile.li.vj.facit qđ no. Jnn.in.c.ꝑ tuas.ij.de simo. Et si queras quare in vsucapione nocet iuris error 7 non in acquisitōe fructuū.rñdet bar.in.d.§.scire.q̄ in vsucapione requirit̄ ver⁹ titulus vel iustus error.vt ī.d.l.celsus.de vsuca.sed error iuris nō est iust⁹.ergo ad vsucapionē nō sufficiūt sed quo ad acquisitionē fructuū nō requirit̄ titulus: sed sufficit q̄ absit mala fides q̄ abest vbi est iuris error.vt in.d.§.scire.7 intellige de acquisitione fructuū fienda vt a bonafidei possessore.talis em̄ errans eq̄parat̄ in hoc bonefidei possessori. secus autē si ageret̄ de vsucapiendis fructibꝫ q: tunc exigunt̄ necessaria ad vsucapionē.iuxta no.in.l.sequit̄.§.fructus ff.de vsuca.in.l.ex diuerso.ff.de rei ven. 7 in.d.§. scire. Terci⁹ casus except⁹ cū q̄s emit a ꝓcuratore p collusionē 7 ꝫ casus est clar⁹.naz collusio tetigit malā fidez. ī.de collu.p totū. Quart⁹ casus si emit a ꝓdigo vel luxurioso ꝛc. Cōclude 7 ꝫ latius et meli⁹ post bar .in.l. siq̄s cū sciret.ff.p empt̄.q̄ aut q̄s emit ab eo cui bonis fuerit interdictū 7 nō valz ꝯctus nec transfert̄ vsucapiendi ꝓditis vt in.l.q̄ fundū.§.q̄ sciēs.ff.p emp. Aut emit ab eo cui nō erat bonis interdictum 7 tūc aut sciebat eū ꝓsumpturū ꝫ ignorabat in quē vsum.7 valet et pōt vsucapere q: ē bonefidei.vt.d.l.siq̄s cū sciret. aut sciebat q̄ in aliquē malū vsuz volebat expēdere p̄cū 7 nō valet in.d.l.siq̄s in fi.marie si ille erat minor.vt.l.si ꝟo nō remunerādi.§.si adolescēs luxuriosus.ff.man.

Ex p̄dictis decidit̄ qō de eo q̄ emit ab exīte in ludo 7 ꝓcludo q̄ aut vēdidit ꝓlusori 7 nō valet ꝯct⁹ nec tenet̄ victo vendito: de emptōne cū simul delinquāt. vt in.l.fi.§.j.ff.quar re.ac.nō da.7 ꝑ ꝓns cū sit ī mala fidē 7 ꝓtractus sit a iure ꝓhibitus nō poterit p̄scribere.aut vendidit alteri 7 valet ꝯctus.l.fi.ff.de alea. 7 ē rō q̄a is qui soluit ludēti soluit nō oīno ꝓsumpturo.q: forte pōt vincere ꝑm bar.in.d.l.siq̄s.quod no.7 ꝑ ꝓns si res erat aliena 7 bona fide q̄s emit poterit p̄scribere. Secdo glo.principal'r op.ꝯ ter.7 ꝓtra ꝓme dicta ī eo q̄ ī p̄scriptōne requirit̄ bona fides de.l.et gnāl'r.ff.de noxa. vbi dicit̄ q̄ si ego actōne noxali ꝯ te noīe alieni serui q̄ bona fide tibi seruiebat tuq̄ mihi illū tradidisti ꝓ noxa possum ego illū seruū vsucapere licz sciā q̄ alienus sit. Addidem opponit de.c.placuit.vt q̄cunq̄.xvj.q.iij. vbi loca cōuersa ad fidem ꝑm dispōnem.c.j.§.eo.quis scienter p̄scribit. Glo.nō soluit sed dic ad.l.gnāliter q̄ quia dñs tenebat̄ ad estimationē dāni vel ad danduz seruū ꝓ noxa videor ab eo habere cām si id a possessore bone fidei ꝓsecutus sum.poterit em̄ dñs vendicare offerendo estimationē litis qđ cū nō fecerit videt̄ consensisse vt seruus datus eēt ꝓ noxa ar.in.l. alienatiōis verbū.ff.de ver.sig.ad.c.placuit.dic vt dictū fuit in.d. c.j. Tercio principal'r glo.querit an mala fides tradentis noceat accipienti cū bona fide.glo. p̄ dicit q̄ ñ. p.l.an vicīū.ff.de diuer.tem.p̄. in ꝯtrariū adducit auc̄. male fidei.C.de p̄scrip.xxx.an.glo.rñdet distinguēdo q̄ in p̄scriptōne longi tēpis vt.x.vel.xx.annoz noceat mala fides tradent̄: vt in.d.auc̄.ꝫ in p̄scriptōne lōgissimi tꝑis.vt.xxx.vel.xl.annoz secus vt in.d.l. an vicīū. Dic latius q̄ quedā sunt vicia realia queda ꝑsonalia realia sunt q̄ ipsam rem comitant̄ 7 vt si res est furtiua vel violenter possessa 7 ꝫ vicīū transit in possessorē successorem etiam de iure ciuili q̄ ad p̄scriptōez longi temporis.i.x.vel.xx.annoz.vt insti.de vsuca.§.furtiue cuz se.7.l.vicia.7 ibi bo.glo.C.de acqui.pos.ꝫ in p̄scriptione.xxx.vel.xl.annoz.subdistinguendū est q̄ aut loquimur in successore singulari 7 de iure ciuili iste p̄scribit. vt no.in.d.§.furtiue.p.l.omnes.7.l.sicut.C.de p̄scrip. xxx.vel.xl. an.etiam si successor sit malefidei vt ibi.secus in successore vniuersali vt in herede q: censet̄ eadē persona cum defuncto.vt in auc̄.de iureiurā.a morie te p̄e ꝓpter mensuram.col.iij.vnde sicut ipse defunctus non potuisset prescribere ita nec eius heres.l. cuz heres.ff.de diuer.7 temp.p̄scrip.sed de iure canonico ē dubium.de quo vide quod dixi in.c.de quarta.s.eo .7 dic vt ibi.si autem loquimur de vicijs ꝑsonalibꝫ.vt est mala ꝑfides possidentis de iure ciuili distingue vt hic in glo.7 plenius vt nota.in.d.l.vicia.et.d.aucten.malefidei.de iure canonico vide quod dixi in.d.c.de quarta.

Ꝟz circa p̄dicta monet do.an.dubium quotidianū pone q̄ sumus in casu in quo de iure ciuili ꝓcedit prescriptio cū mala fide in quo casu certum est q̄ illo iure mala fides defūcti nō nocet heredi cū nec ꝓꝓa nocz nū q̄d de iure canonico⁹ poterit heres cū bona fide a se p̄scriptionē inchoare: dubiū facit q: de iure canōico de-

functus nō poterat pscribere ꝓpter malā fidem ꝙ nec heres cū censeat eadem psona cū defuncto. vt in. d. l. cū heres. Cōtrarium ꝯcludit ℔ do. An. q lz mala fides auctoris in aliquo casu noceat successori vbi exigit bona fides tñ ℔ mala fides est ficta successoris nō vera vñ nō apparet rō quare nō pscribebat. exquo vere nō est i mala fide nisi dicat ꝑm eū q alr ꝯscia defuncti exonerari non possit a peccato 7 heres teneat exonerare cōscīam defuncti. de sepul. c. fi. 7 alr exonerare nō potest nisi rem restituat q: ꝓ ℔ qđ acquisiuit nō purgat peccatū defuncti. 7 ad ℔ dic reducēdū. qđ no. Oldra. suo ꝯsilio. xcj. 7 sic dicit intelligendū qđ no. Di. in regula possessor li. vj. vbi dicit de rigore heres nō pscribit sed de equitate canonica secus vt pz ex ꝑdictis. Ex ℔ vltimo videt sentire q etiā de equitate canōica heres nō pscribit cum teneat ad exonerādū aiaz defuncti. 7 sic videt recedere a ꝑ dicto. Ego vo simplicit puto etiā cessante illa rōne de exonerāda aīa defuncti q heres vtroqz iure non poterit pscribere eo casu quo defunctus nō poterat q: cū succedat in ius defuncti. 7 omne ius suū causat a defuncto censet eodem iure cū illo. d. l. cum heres. nec habem⁹ ẓriū de iure canonico. vt plene dixi in. d. c. de quarta. Ex quo infero q sicut defunctus malefidei nullo tpe potuisset pscribere. ĵ. c. fi. nec su⁹ heres poterit. d. l. cū heres. quod bene notandū ē.

¶ Quarto principalr glo. querit an errans in iure dicatur bonefidei. 7 ꝑ dicit q sic ꝙ. c. cura. d iurepa. ff. de peti. here. l. ℔ etsi. §. scire. dic tñ q. c. cura loquit in alio casu. secus dicit in vsucapione. tu de ℔ dic vt meli⁹ dixi. s. in secundo casu excepto. ad. c. cura. dic vt ibi no.

¶ Quinto querit an habēs cōscientiam dubiā pscribit tanqz bonefidei possessor: glo. cōcludit q sic ꝙ. l. q scit. §. bonefidei possessor. ff. de vsuca. ¶ Hosti. dicit illd vez ꝑm leges. sec⁹ ꝑm canones. ĵ. c. pe. 7 vlti. 7 seq̄ndū qđ anime est vtilius. ĵ. de spon. iuuenis. de ℔ latius dicetur. ĵ. c. fi. ¶ Venio ad glo. vltimā q ꝑ ex tex. colligit q bona fides non sufficit sine iusto titulo in pscriptōe rez eccliaz ꝯ hoc glo. oppo. dupliciter. ¶ Primo de mlt̄is inrib⁹ que solum requirūt cursum. xl. annoz. vt ī. c. de quarta. 7. c. illud cū si. s. eo. ¶ Secdo de repugnantia quadam que oritr ex requisitione tituli nam ex titulo intercedente possessione acquirit dñiū. vt. in. l. traditōib⁹. C. de pac. 7 in spūalib⁹ ex solo titulo transfert dñium. vt in. c. si tibi abnti. de ꝓben. li. vj. ergo frustra exigitur pscriptio. q: qđ meū est ex vna cā ex alia meū fieri nō potest. vt in. c. inter dilectos. de fi. instru. Ho. capiendo mentē glo. in pscriptōe nō requirit titul⁹ ꝙ quē transferat dñium ℔ titulus putatiu⁹ qui si putat legitim⁹ lz ex aliqua causa occulta dñium nō trāsferatur vt puta emi ab eo quē putabā dñm vel habui venditionē epi 7 putabam capl'm ꝯsensisse vel qđ simile. 7 de tali titulo loquitur ℔. 7 exigit ℔ titulus ad purgandum vitiū malefidei psumptū ex iuris resistentia ꝯtra possessorē. 7 ꝙ ℔ remanet solutū scdm ẓrium. Ad pmū ẋo de. c. de q̄rta. 7 similib⁹ glo. multū instat ℔ in effectu ꝯcludit q aut ius cōe resistit potentie habendi 7 possidendi 7 tūc non ꝓcedit pscriptio. rō q: sine possessione pscriptio nō ꝓcedit ℔ pscribēs est incapax possidēdi 7 habendi ergo ẓc. ꝺ quo dic plen⁹. vt dixi. s. c. cāz Aut ius disponit solū respectu iuris ꝓprietatis nec resistit facultati possidendi 7 tūc req̄rit titul⁹ putatiu⁹ qui causam dederit pscribendi. vt ī. c. ĵ. eo. ti. li. vj. Idē si psumptio est ꝯ possidentē. vt in. d. c. ĵ. 7 dixi. s. pleni us. 7 ℔ vltimo casu pōt intelligi tex. iste. erat. n. psumptio ꝯ archiepm pisanū ex eo q: noie romane ecclesie fuerat sepe illud iuramet̄ fidelitatis exactū. Item potest dici iudicio meo q ius cōe resistebat archiepō q̄a in iure disponit q tota sardinia ptinet ad eccl'iam romanā. vt in. c. ego ludouicus. lxiij. di. 7. c. cōstantinus. xcvj. di. ergo necessarius erat titulus. 7 in his duobus casib⁹ saluatur quod hic ī fine dī. ℔ vbi ius nihil disponit nec fortis psumptio est ꝯ possidentē sufficit ꝯ eccle siam prescriptio. xl. annoz cū bona fide. 7 hoc casu ꝓcedit. c. illud cū similib⁹ 7 hodie habet clarius in. d. c. j. li. vj. Si autem ecclesia pscribit ꝯ ꝓuatum vel ꝓuatus contra priuatū an 7 qñ requirat titulus. dic vt dixi in d. c. de quarta. Sed iuxta ꝑdicta quero an indistincte requiratur titulus iure cōi resistente: Ho. glo. in. d. c. j. e. ti. li. vj. mirabiliter limitare voluit illū tex. dicēs q aut ius cōe est ꝓtra pscribentem 7 cum hoc fundat intentionem agentis 7 tūc requirit titulus secus si est cōtra prescribentē ℔ nō fundat intentionē agentis. Ex q̄ infert q si vna eccl'ia petit decimas ab alia eccl'ia quas possidet in tercia parochia q sufficiat tunc ꝙ pscribenti bona fides q: lz ius cōe faciat ꝯ pscribentē nō tñ facit pro petente. 7 sic forte ꝑm glo. istam posset intelligi decre. ad aures. eo. ti. Sed ꝯ hoc dictū facit dictū do. An. q: ꝓtra prescribentē pſumit exquo ius cōe est contra eum nisi dicat ꝑm eum q pſumitur incẓtum possidet ꝓtra eum cui⁹ intentio fundat a iure. secus si ꝓtra alium. 7 sic nō firmat in ℔ articulo pedes. Ego dico q lz tex. in. d. c. j. faciat in prin. in ar. pro glo. illa ī eo q loquit illi cui⁹ intentio erat fundata de iure cōi tñ tex. in medio 7 in fine loq̄t generaliter dicens q vbi ius cōe est ẓrium pscribēti vel est pſumptio ꝯ ipm bona fides nō sufficit ℔ est necessarius titulus. Ad. idem. c. ad decimas. de resti. spo. li. vj. vbi pſumit iniusta possessio illi⁹ qui in aliena parochia decimas pcepit nec in rōne decidendi ponderat q parochia esset agentis ℔ solū q est aliena a possidente lz glo. ibi 7 male senserit. vnde Jo. an. in addi. spe. in ti. de resti. spo. sup rubrica videt illā glo. reuocasse dicens nō referre an sit ius cōe pro agente ℔ satis est q sit ꝓtra possidentē. ꝙ quo facit qđ le. et no. maxie ꝙ Inno. in. c. ꝓstitutus. de fi. pſby. 7 in. c. j. ꝺ offi. vi. 7 vide qđ in mā dixi ī. c. in lris. ꝺ rest. spo. Pone tere si sola pſumptio sufficit vt exigat titul⁹. vt in. d. c. j. fortius dz exigi cū ius cōe est ꝓtra possidentē lz nō fundet intentionē agentis. Item titulus exigitur iure cōi resistente q: ē pſumptio malefidei. cū pſumat scire iura. ℔ rō militat lz nō fundet intentōz alterius. 7 hāc ptem puto veriorē 7 ℔ de iure canonico. Qz an de iure ciuili exigat titulus in prescriptōe. xxx. vl. xl. annoz̄um cū bona fide si ius cōe resistit prescribenti. tex. in. l. siqs emptionis. C. de pscrip. xxx. vel. xl. an. loqns de ista pscriptōe nō aperit ℔ cessāte titulo requirit cursum longissimi tpis nec bar. ibi aperit. Ego puto q sic. tū arg. eoz q̄ le. 7 no. in. l. quēa pmodū. C. ꝺ agri. 7 cen. li. xj. tū q: ius canonicū exigit titulū ℔ casu ꝓpter pſumptā malā fidem. ergo cū agat de peccato excludendo standuz est iuri canonico. vt no. in regl'a possessor li. vj. 7 in. l. ꝑ uilegia. C. de sacrosan. ec. 7 lz tex. in. d. c. j. loquit in prescribente rem ecclesiasticā tñ in hoc eadez est rō ī alijs reb⁹. exquo ius cōe resistit prescribenti quia in vtroqz casu presumit mala fides. vt in. d. l. quēadmoduz in fi. nec ob. si dicat q tex. ibi loquat de prescriptōe longissimi tpis. secus ergo in pscriptione lōgi tpis vt ibi no. in glo. q: dico q iō reseruat ibi tex. pscriptionē longissimi tpis q: de iure ciuili currit pscriptio tanti tpis etiam cū mala fide ℔ cū de iure canonico cui hodie stādū est talis pscriptio nō currat secus est dicendū. ¶ Ultimo queritur ℔ q̄to tpe pscribat in reb⁹ patrimonialib⁹ clericoz. do. An. satis ꝑtinenter format ℔ istam questionem. Ego eam attigi in. c. de quarta. s. eo. vbi melius cadebat. 7 ꝯcludit ℔ q spatio cōi. l. x. ānoz int̄ pnt̄es. 7. xxx. inter abnt̄es intercedente tñ titulo. 7. xxx. annoz sine titulo. 7 dic in effectu q sicut pscribit contra priuatum ita 7 ꝓtra clericum q: non reperit in ℔ ꝑuilegiatus. ℔ tenet glo. in. c. possessiones. xvj. q. iij. sentit glo. no. in. c. q̄ꝯ. de censi. li. vj. q̄ dicit nō eē vniuersalr vez vt clericus gaudeat in reb⁹ ꝓpr̄ijs ꝑuilegio ec-

